

101  
1666

SOTEROLOGIA  
JANUARIA,

46

DE  
NOMINE IESV,  
UNIVERSÆ THEOLO-  
GIÆ, ET SALUTIS REPER-  
TORIO, QUAM STRENÆ LO-  
CO, AD OMNANDUM FELICIS-  
SIMUM NOVI ANNI AUSPICIUM,

*offere,*  
&

ISLEBIENSIS REIPUBL.

Magistranes pariter, atque Compitalitios, ut VII  
Idus Januar. postrid. Epiphaniæ, in Auditoriò Gymna-  
sij majori, placidarum aurium operam dare velint,  
humanissimè

invitat

M. JOHANNES CAMMERHOFIUS;  
Gymnasi Isleb. Rector.



ISLEBI I.,

E Chalcographio Andreæ Kochii,  
Anno Aetæ Christianæ  
M DC LXIX.





**O**MNIA NOBIS EST JESUS. Si curari de-  
 sideras Medicus est : si gravaris iniquitate, justitia  
 est : si auxilio indiges, Virtus est : si mortem times,  
 Vita est : si tenebras fugis, Lux est. Gustate igitur &  
 videte, quàm suavis est Dominus. Hisce laudibus Adaman-  
 tius ille Origenes Nomen JESU cumulat (a) & tanquam bo-  
 nus συντακτικός ita cum Suidas in Lexicō, thesaurō insigni, &  
 velut Amaltheæ Cornu appellat, per omnes Theologiæ &  
 Christianismi partes, usum ejus componit, & quæ hujus  
 συντακτικής significatio Etymologis est, ordine describit.  
 Omnia enim nobis est JESUS in Scripturâ, quam Hermeneu-  
 tica Sacra, & Exegetica scrutatur. Si curari desideras à morbō pec-  
 cati, cujus iniquâ valetudine omnes conflictamur, & jace-  
 mus, Medicus est, quam Thetica, & Dogmatica docet, & Pan-  
 chrestum (b) Medicamentum sanguinem preciosum, quasi  
 agni immaculati, & incontaminati (c) offert, quod non cor-  
 ruptibilibus aurō & argentō redimiis, velut panchrestō, (ita  
 etiam pecunia dicitur, prout Pontificii fumum, & Carbo-  
 nes Laurentii pro lacte Mariæ simplicioribus vendunt, quo-  
 rum & aliorum secus sentientium vasa tergit Polemica,)   
 redempti sumus, & felicissimè sanati. Si gravaris iniquitate  
 justitia est. Iniquitatem in qua concepti & peccata, in qui-  
 bus calefacti sumus, (d) tradit Ethica sacra, & Jesum, pro  
 iis nostram justitiam, quam imitemur, Deoque, & homini-  
 bus reapse in vitâ probemus, indicat. Si auxilio indiges,  
 Virtus est, quàm precibus oramus, & Deum poscimus, uti  
 Eusebiana veros docet Eusebios. Si mortem times ejusque  
 fauces, & hiatum, Vita est, & Consolatio, etiam in omni di-  
 scrimine, fortunæ novercantis procellâ, & turbidâ fluctuum  
 ani-

(a) Com-  
mentar. in  
Cap. XV.  
Josue Tom.  
I. Oper.

(b) ita vo-  
catur Me-  
dicamentū  
5. in Verr.  
Ciceroni  
(c) I. Pet. I,  
19.

(d) Psalm.  
LI, 7.



animi agitatione, de quâ in *Pacacletica* sacra ex Panaceâ di-  
vinâ agitur. Si tenebras nubilæ conscientia uti creberrimè  
*Theologia casuum* commemorat, fugis, Lux est, & lætitia, ut  
dicas: Dominus Lux mea, & salus (*jeschâ, Jesus meus*) à quo  
timebo? (e) Ne conscientia sit opinabilis, sed habeat lucem  
cognitionis divinitus emissam (f) *Gustate* igitur, & *prolibate*  
ex hac *Theologia* promulside, quam suavissimè sit *Dominus Jesus!*  
*Quam dulce nomen* palato fidei, quam delectabile vitæ  
sensibus, quam suave *devotionibus!* *Quam jucundum Cru-*  
*cis æstibus!* quam amabile conscientia recessibus! *Qui-*  
*bus, velut antipagamento, præmissis, pensiculate magis, &*  
*attentè Nomen Jesu Soterologiam januariam* cum animo a-  
gitabimus, & *Serenam* donabimus.

Nomen quasi novimen, Festo Philologorum erudi-  
tissimo dicitur, quod notitiam faciat. Et eloquentissimo  
Isidoro, Nomen est quasi *notamen*, quod nobis vocabulo  
suo notas res efficiat; *Nisi enim Nomen scieris, cognitio verum*  
*perit*: Et uti nomen notat *causam, mandatum, notitiam, rei*  
*memoriam, Cultum, gloriam & famam*; Ita etiam Nomen  
*Jesu* quod orsus, & incunabula prima primæ, & sanctæ Lin-  
guæ debet, Hebraicè *jehoschya* Servator, Salvator optimâ  
Notatione dicitur, à *jascha* quam Radicem Kal respuit, Hi-  
phil *Hoschia* servavit, opem tulit, salvavit, admittit: **Cujus**  
*Nomen est Omen, quod vere congratulatoriâ turba signifi-*  
*cans, Osanna Jesum nominat (Hoschia-nna salva obsecro)* (g) *Psalms*  
*Filio David, benedictus qui venit in Nomine Domini O-* CXIIX, 25  
*sanna in altissimis, i. e. salus, prosperitas, fortuna, & pro-* Matth.  
*spet successus. (g.) Et omnia quæ nomen valet, etiam No-* XXI, 42  
*men super omne Nomen causam, mandatum, notitiam, cul-*  
*tum, famam, & dignitatem summam* designat, quos signifi-  
catus præsens argumentum primis tantum ductis lineis por-  
rò adumbrabit. Septuagintavirale Metaphrastarum Col-  
legium, & Duodecimviratus, Apostolicus, *ἰσοῦς* triptoton,  
A 2 quod

(e) Psalm.  
XXVII, 1.  
(f) Psalm.  
XLIII, 3.

(g) Psalm.  
CXIIX, 25  
Matth.  
XXI, 42

quod per nomen Iesu omne *trinum perfectum* in Scripturâ, Fide, & Vitâ perfectè cadat, optimâ notatione invenit. Quia *Inoû* per anagramma est *ov* *h* *o* *i* *c* tu es Ovis, & Agnus Dei qui tollit peccata mundi (*h*) quæ vox etiam Trigam Articulorum facit: Dei agnitionem, Hominis salvandi conditionem, & Mediorum promulgationem. Et quamvis Pater SS. TRINITATIS, etiam *Salvator* dicatur; (*i*) Quia salvare est opus TRINIT. ad extra divisum, qui rectè ita vocatur ratione gratiosæ misericordiæ, & originis; Filius tamen est ratione perfectissimæ Satisfactionis, & Acquisitionis: Propterea Deus *Pater* *Filius* *dedit* *Nomen*, quod est super omne Nomen, quod hîc loci Majestatem, Gloriam & Honorem summum, ad quem in cœli Capitolium ascendit Triumphator Maximus, denotat (*k*) Id quod Pater Patrus Gabriel, Deiparæ in mandatis dederat (*i*) unde, Nomen Angelicum rectissimè dici omni jure meretur.

*Nomen Iesu est oleum effusum* (*l*) Quod Claravallensis ille Abbas Bernardus magnò sententiarum acumine evolvit, & per totam Theol. expandit (*m*) *Perè*, inquit, *oleum*, quod *lucet* *pradicatum*, (ex verbò in fide) quod *pascit* *pradicatum*, (in vitâ) quod *lenit* *invocatum*: *Annos* *toties* *confortaris*, *quoties* *quidem* *recordaris*? (juxta Eusebianam) *Aridus* *est* *omnis* *anima* *cibus*, *si* *oleo* *illò* *non* *perfunditur*: (*n* *Cruce*) *Inspidus* *est* *si* *hoc* *Sale* *non* *conditur* (*læse* *conscientiæ*) *Epitome* *est*, & *Nucleus* *dulcissimus* *reliquorum* *Nominum* *quæ* *magnò* *Salvatori* *nostro* *numerò* *in* *Sacris* *tribuuntur*: *Nomen* *DEI* *inest* *huic* *magni* *Consilii* *Angelo*, quod omnia *Salutis* *Media* *completur* (*o*) *Deus* *excitavit* *Iesum* *ad* *salvandum*: (*p*) *ab* *uterò*, *dum* *vocatū* *est* *Nomen* *ejus* *Iesus*.

*Iesus est nucleus, stella, & Cor totius Scripturæ*, sive in *Exegetica* *Theologia*: *Ecce* *inquit*, *venio*, *in* *volumine* *libri* *scriptum* *est* *de* *me* (*q*) *ἐν* *κεφαλῇ* *in* *capite*, *in* *summâ*, *quæ* *est* *capitulum* *super* *ea* *quæ* *dicuntur*, *ut* *rectè* *hunc* *locum*

(h) Johann.  
I, 37.

(i) Luc. II,  
47.

(k) Philipp.  
II, 9.

(l) Matth.  
I, 21.

(l) Cant. I,  
3.

(m) Serm.  
XV. sup.  
Cantic.

(n) Exod.  
XXII, 21.

(o) ab uterò  
vocavit,  
est excita-  
vit Esa.

XLIX, 1.

(p) Luc. II,  
21.

(q) Psalms  
XL, 8.

(A) Iesus  
Script. &  
Exegetica  
Summa.

eum Epist. ad Hebr. transtulit B. Lutherus *das ist nun die summa davon wir reden* (r) Volumini scripturæ velut fasciis involutus est totus Christus. Quo pertinet illud Augustissimi Patrum Augustini Tractat. IX. in Johann. *Nam sapit veteris scriptura, si non Christus in ea intelligatur.* Item. quod alius quidam (ita citat D. Glassius Philol. S. lib. 2. part. 2. p. 357.) *Biblia S. sunt legenda, ac si sanguine Chr. per totum scripta essent.* Id quod Apostolorum Coryphæus, & Discipulorum Christi Primas, articulatè, & consignatissimè docet (s) de Christo testantur *D. Prophetæ*, quod in *Nomine* ejus remissionem peccatorum accipiant omnes, qui credunt in eum. Itaq; *scrutari scripturas*, (ut viscerum terræ Anatomici Metallici, qui venas auri, argenti, & Cupri sagaciter pervestigant, & ruspantur) quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt quæ testimonium perhibent de me. Verè B. Lutherus ait: *Wo du nicht suchest in diesem Buch / Verbum Caro factum est, so wäre dir besser / einen Marco- lophum, oder Eulenspiegel gelesen.* Jesus est *omnium articulo- rum* fidei in Theol. *Thetica Breviarium*. Sublimis ille Para- dii Spectator Paulus, & cum eo omnes sequaces Ecclesia- stæ, dicit: se super *Nomine Jesu* gratiam ad obediendum Fi- dei accepisse, h. e. veram & fiducialem Dei agnitionem, quæ est totius Theologiæ Finis. In eo situm est nostrum adjutorium: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fe- cit cælum, & terram.* Hoc nomen est excellentius quam Angelorum, magnâ copiâ Verbô Domini creatorum. Ser- vatur, & salvatur hoc Nomine, Anima tanquâ sufficientissi- mō Meritō: *Filius hominū non venit animas perdere sed salva- re.* Qui hoc Nomen cognoscunt, eripiuntur, & glorificantur, est enim propinquum in providâ Providentiæ curâ. B. Lu- therus in margine Ps. LXXV, 1. *Quod nos statim promp- que juvat, & conservat.*

A 3

Græcè, & cla-  
rinè dicitur  
Caput, non  
solum ini-  
tium, sed  
etiam quo  
omnia re-  
feruntur.  
(r) Hebr.  
VIII, 1.  
(s) Actor.  
X. 43.

(B) in No-  
mine Jesu  
fundantur  
Omnes Lo-  
ci Theolo-  
gici. S. The-  
ologia The-  
tica  
1. de Deo  
Rom. 1, 5.  
2. de Crea-  
tione Ps.  
CXXIV, 8.  
3. de Ange-  
lis. Heb. I,  
4.  
4. de Ani-  
mâ. Luc.  
IX, 16.  
5. de Pro-  
videntiâ  
Ps. XCII.

14

6. de Mor-  
te. Apoc.  
XIV, 13.

7. de Resur-  
rectione.

Act. IV. 2.

8. de Judi-  
cio Extre-  
mo. Apoc.  
III, 12.

9. de Fine  
Mundi Es.  
IX, 5.

10. de Vitâ  
æternâ. A-  
poc. XIV, 12

11. de In-  
fernô. A-  
poc. II, 17.

12. de Ima-  
gine DEI  
Col. III, 10

13. de Pec-  
cato, ejus-  
que Remis-  
sione.

Matt. I, 21.

In Nomine Jesu beatè morimur à modò. Resurre-  
ctionis sublimitas, placidæ mortis postliminium, à Nomi-  
ne Jesu pendet, uti Apostoli olim, & hodie Viri Apostolici  
adhuc ingeminant. *Qui vicerit dicit Christus Triumphator*  
(perseverabit in Agnitione, & Fiduciâ Nominis mei) *super*  
*eum scribam nomen meum novum* (in Extremo Judicio testi-  
monium ipsi tribuam, quod sit verus Christianus, qui  
nomen meum professus fuit coram hominibus, cum con-  
fitebor coram patre meo cœlesti, ipsum approbando) Hôc  
proprio signatur Nomine Pater æternitatis, etiamsi mun-  
dus pessum eat, Tubâ Angelicâ Nomen Jesu sonante.  
In Vitâ æternâ erit perfecta Dei notitia, quæ dicitur No-  
men scriptum in frontibus Electorum, & Beatorum. Ab  
æterna Damnatione absolventur, & regnabunt super O-  
mnes inimicos spirituales Electi, beneficio hujus Nominis.  
Sic enim dicit Salvator, *qui vicerit, ei dabo calculum candi-  
dum* (absolvam ab Accusatione Diaboli, Inferni, peccati,  
& Legis; Olim enim in testimonium Absolutionis Judices  
Lapillum album urnæ injiciebant. Unde Ovidius XV.  
Metamorphos. Fab. I. vers. 41, 42.

*Mos erat antiquis nideis, at risque lapillis,*

*His damnare Reos, illis absolvere Culpam)*

*Et in calculo novum nomen scriptum, quod nemo scit, nisi qui*  
*accipit* (Vocabitur Filius Dei, & Rex coram Deo, quia e-  
jus Nomen urnæ absconditæ notitiæ Dei, & plus quam  
candidæ misericordiæ illius est inscriptum; ut olim  
in Magistratum eligendi nomen, candido lapillo inscri-  
ptum urnæ votorum fasculo injiciebatur, in quò tam diu  
latebat, donec in Electione manifestaretur.)

Per hoc Nomen renovamur, ut induamus novum Ho-  
minem, qui renovatur in Agnitione Dei, secundum Ima-  
ginem Ejus, qui creavit eum. Vocabis Nomen ejus Jesum  
Angelica vox est, ipse enim salvum faciet populum suum  
à peccatis eorum. Quotquot receperunt Eum, eis dedit  
pote-

statem filios Dei fieri, his qui credunt in *Nomine ejus* vers. Matt. 1, 21.  
 13. qui non ex sanguinibus, neque ex *Voluntate Viri* sed 14. de Libe-  
 Deo nati sunt. Quoties hoc nomen audimus recorda- ro Arbitrio  
 mur, quod Jesus nos liberarit à maledictione Legis, quod Joh. 1, 12.  
 propterea timeamus, etsi fortean nobis subrepat illius o- 13.  
 blivio, exposcamus Deum precibus, & Votis: *Doce me* 15. de Lege  
*Domine viam tuam*, fac ut ambulem in veritate tua. In hoc Pf. 86, 11.  
 unicum dirige Cor meum, ut timeat *Nomen tuum* (in Le- 16. de Ev-  
 ge manifestatum, ut timeatur) In *Nomine Jesu* prædicata angello  
 est Pœnitentia, & Remissio peccatorum in omnes Gentes. Luc. 24, 47  
 Magnificavit Dominus super omne *Nomen* suum per Ver- 17. de Cir-  
 bum (etiam visibile, Sacramenta sub veteri fœdere) Man- cumcilio-  
 dato, & merito Christi, quod significatur hæc divinâ no- ne & Anno  
 menclaturâ baptizamur. Quoties Calicem salutis acci- Paschali.  
 pimus, Nomen Domini invocemus. Electi habent no- Pf. 138, 2.  
 men à Jesu. Qui vincit, stolis albis induetur, neque ex- 18. de Be-  
 pungam Nomen ejus è libro vitæ quod à me habet ptismo  
 Matt. 28,  
 19.  
 Sanctificamur, & justificamur per hoc *Nomen*: Vos 19. de Cœ-  
 mundati, vos sanctificati, vos justificati estis per *Nomen* nâ. Pf. 116.  
 Domini nostri Jesu Christi, & per Spiritum Dei nostri. 13.  
 Filioli scribo vobis, quod vobis remittantur peccata per 20. de Præ-  
*Nomen ejus* (Pœnitentiâ, justificationis Continuatione) destinatio-  
 Et fundamentum bonorum operum, & Orationis nostræ. ne Apoc. 3.  
 Denunciamus Vobis Fratres in Nomine Domini nostri 5.  
 Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante 21. de justi-  
 inordinatè. Sic omnibus nostris votis SS. Trinitas erit ficatione  
 exorabilis. Quæcunque petieritis in Nomine meo fa- 1. Cor. 6.  
 ciam. In Nomine Jesu Excommunicationis Fulmen 11.  
 vibratur in male feriatos, ut olim incestuosum Corin- 22. de Pœ-  
 thiacum ita fulminatum: *judicavi in Nomine Domini nostri* nitentia 1.  
*Jesu Christi*, congregatis vobis, & meo spiritu, cum verita- Joh. 2, 12.  
 te Domini nostri Jesu Christi tradere hujusmodi Homi- 23. de Bonis  
 nem 2. Thei. 3  
 6.

24. de Oratione. Joh. 14, 13. 25. de Adiaphoris, & Libertate Christianâ  
 1. Cor. 5, 4.

26.  
de Scanda-  
lō. Exod.  
20, 7.  
27. de Cru-  
ce Pf. 117.  
4.  
28. de Ec-  
clesiā Matt.  
28, 20.  
29. de Mi-  
nisteriō Ec-  
clesiasticō  
Act. 4,  
18.  
30. de Ma-  
gistratu Pf.  
21, 6.  
31. de Con-  
jugiō, Luc.  
9, 48.  
Confer Pf.  
22, 17.  
Pf. 72, 17.  
& in pri-  
mis B. Lu-  
theri Glos-  
sam marg.  
Matth. 12,  
21.  
(C) Theol.  
Polemica  
Act. 9, 27.  
Ezech. 36,  
23.

nem Satanæ (ut pro Ratione illius Temporis corporali-  
ter à Diabolo vexetur) Hoc nomen non est profanan-  
dum, ne fiat *scandalum*, & pessimi Exempli factum. Tri-  
bulationem, & dolorem inuenientes, hoc *Nomen* invocant,  
ut propter Christi meritum Deus ferat suppetias, & auram  
favoris aspiret. Ecclesia, & Ministerium sanctissimum No-  
mine Jesu viget, ut Petrini, & Johannei Præcones, animo  
Petri h. e. fortissimō, & ore Johanneō h. e. suavissimō  
in Nomine Jesu doceant Christo præsentissimō: Ubi duo  
vel tres congregati fuerint in Nomine Meo, ibi Ego sum  
in Medio ipsorum, uti loquitur Epistola Creatoris ad  
Creaturam. Porro Rex, & quilibet Magistratus magnam  
habet Gloriam in salutari DEI (Bis chuathécha in Jesu  
tuo.) Tandem in Conjugiō suscipiuntur Filii in Nomi-  
ne Jesu, qui etiam generatur simul in parentibus uti  
per Fidem in Infantibus: quicumque recipit puerum  
istum *in Nomine meo*, me recipit, (uti etiam solent pro-  
bi Præceptores tam publici, quam privati:) & quicumque  
me recipit, recipit Eum, qui misit me. Sic Nomen Je-  
su, est Clausula, & Principium omnium Articulorum Fidei.

Deinde Nomen Jesu est *Medium Conversionis*  
quo Hæretici convertuntur: Gentes in Nomen ejus  
sperabunt, convertentur à falsā ad veram Religionem.  
Quod si pertinaciter reclamant, & Nomen blasphemant  
jugiter, est *Medium Refutationis*; Ita Paulus fiducia-  
liter egit in Nomine Jesu. Quod si Hypocritæ, qui in No-  
mine Jesu prophetant, donis scilicet administrantibus  
non sanctificantibus, dicentes: Domine, Domine, non-  
ne in Nomine tuo prophetavimus, sua Consilia non in  
melius referent, in Nomine Domini exscinduntur, estque  
hōc modō Nomen *Medium animadversionis*: Dum dicit  
Christus: Sanctificabo nomen meum magnum.

In



Quicumque igitur *Bella Domini* bellaturi in hoc Nomi-  
ne, Panopliâ Sacrâ instructi invadunt suos Goliathos, felici-  
simô eos frangunt præliô. Hoc Nomine David suum  
Polyphemum.

(salvificum)

*Monstrum* horrendum/informe, ingens, cui lumen ademptū  
Trunca Manum pinus regit, & vestigia firmat,  
aggrediebatur: Tu, inquit, *venis ad me hastâ, scutô, & gladiô*:  
*Ego autem in Nomine Domini Dei te aggredior*. Unde Nomen  
ejus terrorem incusfit hostibus; uti Gideon, & Zisca He-  
ros ille Bohemicus vel solô Nomine hostibus immani, &  
plus quam Panico fuerunt terriculamento. Turcæ mina-  
cem collaturi manum hóc celeusmate pugnacissimi, uti  
sibi videntur, fiunt contra Christianos: *Allah, alla Allahu,*  
*Machomet Regis Allah, non est Deus nisi noster Deus & Mabo-*  
*met Dei servus*. Contra Christianorum milites impetum  
in eos faciunt, Jesus! Jesus! clamantes, quod sanctum ce-  
leusma palmam, & trophæum multoties subsequi, experi-  
entia locuples fuit testis. Nomen Jesu omnem rationis  
ensem quo militant Hæretici obtusum facit, & bonorum  
operum scutum elidit, ut in velitationibus disputatoriis fi-  
ant rhipspides, qui causæ suæ diffisi abjiciunt animum, ac  
desinunt contra conari. Confer Erasm. Adag. *Abjecit ba-*  
*stam, clypeum* pag. 691. noviss. edit.

Virgil. III.  
Æneid. vers.  
658, 659.  
1. Sam. 17,  
4, 5.  
1. Paral. 15,  
17.  
Judic. VII,  
21.  
Alciat. Em-  
blem. 17.

In Ethicâ Christianâ omnia sua capiant Primordia  
per omnes Hierarchias in hoc Nomine: *Quodcumque faci-*  
*tis in verbô, aut in opere, omnia in Nomine Domini nostri Jesu*  
*facite*, dicit Vas Electionis, & Doctor omnis Nationis Paulus;  
Quia in Verbo, & Mandato Nominis Jesu laxatur rete cu-  
jusque Vocationis, quod concludit ingentem piscium, hoc  
est oblectantis felicitatis multitudinem

E.  
Theologia  
Ethica Co-  
loss. III, 17.

In Sanctô Jesu pandenti Nomine Verbum,  
Non labor in Dominô Sanctus, inanis erit.  
In Sanctô Jesu versanti Nomine sceptrum,  
Non labor in Domino magnus, inanis erit.

Luc. V. 6.  
1. Corinth.  
XV. 58. ult.

B

In

2. Tim. 1. 17.  
19.

In Sancto Jesu tractanti *Nomine* opellam,  
Non labor in Domino durus, inanis erit.

Bernhard.  
serm. 14. su-  
per Cantic.  
Theol. Eu-  
sebianâ

*Abscedat itaque ab omni injustitiâ, quisquis Nomen Jesu no-  
minat. Quid enim tibi prodest pium Salvatoris Nomen lecti-  
tare in libris, nec habere pietatem in moribus?*

Joel. II, 32.  
Joh. XV, 23  
Prov. 18,  
10.

In Praxi Pietatis Nomen Jesu est Fundamentum ar-  
dentissimæ Orationis, & sanctissimæ Meditationis. *Qui-  
cunque invocaverit Nomen Domini, salvus erit. Quaecunque di-  
cit Salvator, petieritis in Nomine meo, dabit vobis Pater  
Pulsanti aperietur. Turris fortissima est Nomen Domini,  
justus eò confugiens tutus est.*

Et quemadmodum verum est illud quod re & è dicitur:  
*omnia tunc bona sunt clausula quando bona est: Ita etiam No-  
men Jesu est optima omnium precum, & suspiriorum sagit-  
tarum juxta illam Orationis Dominicæ, Clausula:*

Amen petita sint rata, nostram Fidem corrobora, quo  
ductuemus his minus, quæ supplices rogavimus; In *No-  
men & Verbum tuum, dicamus Amen ultimum. Nuff dein  
Wort in dem Nahmen dein/ so sprechen wir ic. Meditatio-  
num, & Mentis agitationum Jesus est dulcissimus sensus;  
si scribas non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum. Si disputes aut  
conferas non sapit mihi, nisi sonuerit Jesus. Jesus mel in ore,  
in aure melos, in Corde jubilus.*

Bernhard.  
serm. 15.  
super Can-  
tic.  
Alard. Se-  
nior Sagit.  
Parvulor.  
p. 91. Sa-  
gittâ 3.

Jesu quid es nisi datus  
Nobis Redemptor, & Salus?  
Salutifer nam *Nomine*  
utes, quoque es sic *omine*.  
Sis ergo *Jesus*, & *salus*  
Mihi, piis & omnibus  
Sis *Jesus*, hinc dum vivimus  
Sis *Jesus* hinc cum cedimus.

G.  
Theologia  
Paracletica

Nomen Jesu etiam affert Gaudium in *Omni Cruce, Morbis,  
& Calamitatibus* quibusvis. Apostoli ibant gaudentes à  
Conspectu Concilii, quoniam digni habiti erant *pro nomi-*

ve

ne Jesu contumeliam pati. In hoc Nomine sanantur ægri, ut dicant Medici ordinariè curantes: In Nomine Domini nostri Jesu Christi, *iste stat coram vobis sanus.*

Actor. VI  
41.  
Act. IV, 10

Refert Sozomenus lib. 4, c. 16. H. Eccl. quod Arfacio, magno furore Obsessus quidam strictò armatus gladio occurrerit: Illo saltem *Nomen* Jesu pronunciantes, pulsus fuerit Dæmon, & obsessus abjecto gladio ad Arfacii pedes placidè resederit. Tantum præstat N. J.

Tandem in *Theologiâ Casuum* Conscientiæ, Informatio-  
tium & Refectorium bene sese habet, quoties Christi  
Mandato, & Merito, atque salvificâ notitiâ scrupuli  
eximuntur, ut dicat Conscientia: *Jesu dulcis me-  
moriam, dans cordis vera Gaudia, sed super Mel & omnia, eius  
dulcis presentia.* Hanc Nominis Dulcedinem, Omnibus Sta-  
tibus offerimus Strenam, in summæ Felicitatis Repertoriū,  
voventes cum S. Anselmo seu Adelmo Prafulc Scotiæ.  
*Jesu, Jesu propter hoc Nomen tuum, fac Omnibus secundum  
Nomen tuum. Nomen dilectum, (in Chorò) Nomen delectabile  
le (in Foro) Nomen confortans (in Thoro) peccatorem, & bea-  
tæ spei, in Communi Hierarchiâ.*

H  
Theologia  
Casistica.

Bernhard.  
in Jubilò

De quibus plura pro Virili Nonnulli ex nostris Audi-  
toribus dicturi sunt. Adeste igitur Megistanes, & Com-  
pitalitii Mansfeldenses, Adeste, quæso Mecænates Opti-  
mi, & Vos Amicorum, & Studiosorum primicerii, ostendi-  
te porrò vestrum erga nos affectum, quem hætenus sensi-  
mus luculentum; in dulcissimi Jesu nostri hoc cedit hono-  
rè, nosq; Omnes debito diligentiq; cultu, eâ quâ par est Ve-  
neratione unūquemq; prosequemur, & devenerabimur, PP.  
in Onomasteriis Jesu, Anno Æræ Christianæ MDC LXIX.

Onomatographi nostri sunt

Georg. Christianus Schreiberus, Soltquel. Palæo-March. in Ligatâ latinâ

Johannes Werderus Schwartm/ Königsbergâ March. in solutâ latinâ

Christophorus Seifartus, Isleb. in Ligatâ Græcâ

Thomas Godofredus Brunnerus Schrapl. Mansfeld. in solutâ Græcâ,



De quorum Exercitiis.

I.

Si scribas sapiet mihi nil, nisi legero Jesum,  
Hic Argumentum, summa, Caputque rei est.  
Hanc rectè *Graphicam* discis *Schreibere*, beatus  
Archigraphus quondam, Grammata sancta colens.  
In Jesu scribas, quæ scribis *Nomine* porro,  
Sic Cælo *scriptum* Nomen inesse scies.

II.

Quam male-viva Caro, usque adeo *turbatur* in Orbe,  
Dæmonis, & Mundi nil nisi turba viget!  
Turbaris pia mens? non perturbaberis, ecce,  
Est *Nomen Jesu* Dulce Malagma tuum.  
Jesum Umbo, Quies, Turris fortissima, dicis  
Ut rectè *Svdarmi*, huc perge beatus eris.

III.

*Seiffarte*, es *promptus*, *promptior*, *promptissimus* idem  
Multis in monitis, Ingenio, & studiis  
Ad mala naturâ, gnatus *male-promptus* ubique  
Si tamen horteris *promptior* est studiis.  
In Jesu *promptus* sis post, & *promptior*, omni  
Sic *promptissimus* hic in prece solus erit.

IV.

Est Tibi Tithoriâ, & summo Parnassus Hiampo  
Bellerophontei quâ fluit humor equi,  
*romen*, & *Omen* habes, puro te fonte Caballi,  
Nomine, quid? Jesu labra luisse juvat.  
Excultas folers Grajorum *nomina*, Jesu in  
*Nomine fons* tibi, qui Pons, *Putcusque* manet.  
Schedias, scrib. Rector.

F I N I S.

90 A 6406

ULB Halle 3  
002 916 622




56

Retro V

VDMA







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

OGIA  
IA,

46

IESV,

THEOLO-  
IS REPER-  
TRENÆ LO-  
UM FELICIS-  
AUSPICIUM,

EIPUBL.

ompitalitios, ut VII  
in Auditoriō Gymna-  
operam dare velint,  
e

MERHOFIUS;

ector.

rea Kochii,  
istianæ